



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 6. Mores Francorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

tamen Francia semper in capite, hoc est, in Rege sana. Annua exorsio sunt Francia Paschate, usque ad Carolum IX.

§. 6. *Mores Francorum.*

LEVISSIMIS moribus esse dicuntur, & eam leuitatem verbis, gestu, vestibus prodere. Vestes certè quotannis apud eos mutantur: hinc pictor Venetus Francum iussus pingere, nudum exhibuit cum panno, forficibus, & hoc lemmate, *vi uoles*: sed quod magis mirere ceteri Europæi præter Hispanos & Italos eorū more vestiri ambiunt. In bellis primo impetu omnia perrumpunt, at ex victoriarum gloriâ vix vllum olim referebant fructum, vt nostri etiam queruntur Annales; nunc verò bello parata non minùs retinent constantè, quàm fortiter occuparunt. In Principem suum obseruantissimi sunt, quem vitæ, fortunæ, liberis anteferunt. Francia Nobilitate nulla in orbe generosior, nulla gens vitæ prodiga magis, sed in duella propensior, quæ hæcenus Principum edictis, & gladiatorum suppliciis tolli non potuerunt. Magnus apud eos literis honos in omni genere doctrinarum. Serui in Francia nulli, & quicumque littus Francicum seruus attingit, libertate fruitur. Franci omnes splendidi, hospitales omnes, exterorum plerumque amantiore, quàm suorum.

§. 7. *Politia Francorum.*

VNICVM Regem agnoscit Francia primogenitum, nobilem, virum. Mulieres semper explosæ sunt, seruatus ad literam horum verborum sensus, *lilia neque serunt, neque nent*. Monarchiæ fundamentum Salicæ leges, quas alij sic dictas esse volunt, quòd in his plerumque ista verba repetantur si aliquis, si aliqua; alij à Sale quòd tãquam Sal incorruptibiles, alij ab aulâ vulgò *vale*, in quam proceres de Rep. acturi conueniebant, alij à Fl. Sala iuxta quem incoluerunt, siue ille cadit in Manum ad Gemundam, siue alter qui postea Naualia dictus in quem Rhenus immissus est à Druso.

In Francia duodecim Pares, *les douze Pairs de France*.

| | | | | |
|------|--|----------|--|--|
| CLE- | { Rhemensis Archiepif. Laudunensis Episc. Lingonensis Episc. | } DVCES, | | |
| | | | | |
| | | | | |